

487

485

491

481

496

476

436

386

Ende

Anfang

472

se induit sacris, et summum officium in choro perfecit: Puer natus est etc. cum spectabili solennitate. Habant autem stellam auream grandem, quam in choro detecto submittebant quidam in medium, et stabant juvenes superius, et gloria in excelsis cantabant, et stellam continue ab oriente in occidentem movebant. Sic etiam in die circumcisionis siebat magna solennitas in Bethlehem. Et similiter in die regum omnis populus ibi convenit cum suis muneribus. In octavis epiphaniae celebrabant festum baptismi in ecclesia S. Johannis Baptiste super Jordanem, et ad hoc totus populus et clerus descendit ad Jordanem. In die annunciationis convenerunt in Nazareth. In die paraseves et paschae in dominico sepulchro. In die coenae in monte Syon, et in die pentecostes. In die ascensionis Domini in monte Oliveti. In die assumptionis beate Mariae Virginis in valle Josaphat. Et totum studium populi fuit, ut cum devota solemnitate divinum cultum peragerent. Manente autem ista sinceritate et devotione ad loca sancta stabant in magno honore et decore, (180 A) et populus christianus in pace et quiete. O! si quis tunc vidisset ecclesiam Bethlemitanam cum suis ornatibus, utique obstupuisset a majestate ejus.

Sextus status loci nativitatis Domini fideli catholico moestiam affert. Pro ejus declaratione cogor, heu fratres humani, commotis praeterea dolore visceribus, stilum vertere, et amaritudinis calicem vobis propinare compellor, quem ipse moesto suscepi animo doloris acerbitate repletum. Nam, dum Christiani Deo in terra sancta servirent, in pace loca sancta possidebant, et omnes gentes ei serviebant. Sed Dei servitio postergato contrarium evenit. Erat autem anno Domini 1186 tempore Urbani tertii papae rex in Jerusalem, dictus Guido, infortunatus et negligens, et inter eum et principes orta est contentio et seditio, ita, quod nobiles terrae erant contentiosi et invidi, sacerdotes vero et clerici facti fuerunt avari et superbi, et communes populi incontinentes et mali. Quapropter consurserunt adversus eos Sarraceni et usque ad exterminium eos persecuti sunt.

Porro in ecclesia Bethlemitana commisit quidam Christianus facinus, quo facto omnis fortitudo et vis resistendi

